

10
11
21
31
4.
5.
6.
7.
8.



1694.

1^a Bodinus, Henricus: De discordiis conjugum. 3 Sept. 1694.

1703: 1713

2^a Bodin, Henricus: De reservatis divinae majestatis.

2 Sept.

3^a Bodinus, Henricus: De licito usu et gravissimo abusu
juramentorum. 2 Sept. 1694: 1714

4. Cellarius, Christophorus: De origine linguae Hebraeae.

5. Hoffmannus, Fredericus: De nitro, ejus natura et usu
in medicina.

6. Fuchs, Pentus, a: Oratio, quam... in inauguratione
solenni universitatis Halensis... habuit.

7. Ludovicius, John Petri: Historiam principatus Aragonensis
et facta ejus notissima sub Guilielmo tertio... explica-
bunt.

8. Bayer, Johannes Wilhelmus: Ministerium evangelicum recte voca-
tum... publico examini sistet.

- 9^{a. ab} Strykius, Jo. Samuel: De loco solutionis. 2 Saepfl. 1694 & 1740
- 10^{a. ab} Strykius, Jo. Samuel: De derogatione futurae dispositionis
2 Saepfl. 1694 & 1705.
11. Strykius, Samuel: De arbitrio feudati.
12. Strykius, Samuel: De jure principis circa mortuorum
judicium.
13. Strykius, Samuel: De abusu rescriptorum moratorum.
- 14^{a. ab} Strykius, Samuel: De appellatione illicita. 2 Saepfl.
- 15^a [Laureus, [Martinus] Nanius]: De jure papali principum
Evangelicorum . . . Orroretatio altera vice edita et aucta.
- 15^b Strykius, Samuel: De jure papali principum Evangelicorum.
vum. Au. 1738.
- 16 Strykius, Samuel: De fore ministrorum principis.
17. Thomarius, Christian: Theses XLVIII ex institutionibus
jurisprudentiae excerptae

1742

18. Thomasio, Christianus: De usu juris publici Praesens
secundum mores Germaniae et jura Borussiae rescriptum -

quis

19. Thomasio, Christianus: Sum cuiusque ... publicae
... censurae submittit.

am.

pl.

v

t.

elicis

20. Wernerscher, Franciscus Hieronymus: De absolute lethali
vulneris arteriae magna.

-



[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]



f. 26.

1694, 9b

20

Q. F. F. Q. S.

DISPUTATIO JURIDICA
DE

L O C O
SOLUTIONIS,

Quam
In

ALMA FRIDERICIANA

PRESIDE

DN. JO. SAMUELE STRYKIO,

J. V. Licentiato, & Prof. Publ. Extraord.

A. R. S. MDCXCIV. die 27. Aprilis

IN AUDITORIO PUBLICO

placida Eruditorum disquisitioni submittit

JO. CHRISTIAN Scherbaum /
DURLACENS.

HALE MAGDEBURGICÆ,

Recusa typis CHRISTOPH. ANDR. ZEITLERI, Acad. Typ. 1705.

JL

non
con-


ari
a mi-
st.

ari
uella
ulum
nati

scen-
licem
nus,
adst

scen-
eres
illud
ant
ari
epu
paris
x





&
inj
sol
loc
plu
inj
pre
hec
ret
vel
vel
one
co
bil
ady
am
nob
ven





Contraxisse unumquemque in eo **LOCO**
intelligi, ubi ut **SOLVERET** se obliga-
vit, Julianus auctor est, in l. 21. ff. de Obl.

& Act. Ansam suppeditavit ille textus inquirendi
in jura circa solutionis locum constituta. Nec enim
solus ille titulus Pandectarum, de eo quod certo
loco dari oportet, hanc materiam exhaurit, sed
plura occurrunt alia, quae in controuersiam deduci
in foro solent, quae tamen vix uno loco discussa de-
prehenduntur. Quare non indigna nobis visa fuit
haec materies, quae exercitii Academici causa collige-
retur, & examini publico exponeretur. Cum autem
vel pacto contrahentium locus iam sit determinatus,
vel nihil de eo cautum, tribus capitibus tractati-
onem includere libuit, exposituri primum, quo lo-
co debitor ab ere alieno se liberare teneatur si ni-
hil conventum, deinde, si locus certus conventionem
adjectus; cui tertio subjiciemus, Fori competentiam
ex solutionis loco oriundam. Deus gratia sua
nobis adsit, & omnia in nominis sui gloriam e-
venire sinat **FELICITER!**

CAP.



LOCO SOLVTIONIS NON CONVENTO.

§. I.

*Loci ratio
in iure ma-
xima.*



Agnam loci rationem habere Jura nostra, ex variis veteris nouaque Prudentia: rextibus constat. Etenim fori competentiam, si lite quis pulsandus, inde nasci, incomperato est, dum ad locum domicili, ad locum rei sitae, ad locum delicti, imo & ad locum contractus, quorsum solutionis locus pertinet *L. 21. ff. de O. & A.* subinde respicitur. Verum & in determinandis poenis, ac aestimanda delicti qualitate, loci ratio plurimum confert. Quippe locus facit, ut idem factum vel furtum sit, vel sacrilegium *L. 16. §. locus ff. de pan.* Atrox injuria ex loco aestimatur *§. 9. Inst. de Injur.* Locus vulneris ejus aestimationem auget *L. 3. ff. si quadrupes & c.* Praecipue autem jura creditorum & debitorum intuitu loci in controuersiam venire solent, dum vel in loco destinato non soluitur, vel alio loco, quam vbi soluendum, actio mouetur, de quo prolixè cautum est integro Pandectarum titulo *de*

SOLUTIONIS NON CONVENTO.

de eo quod certo loco; quæ singula excutere nostri instituti non est, sed tantum, quod debitor loco ad soluendum teneatur, dispiciendum.

§ II.

Locus autem Solutionis, vel certa conventio. *Locus interne determinatus est, vel nihil hac de re conventum. Vbi actionē contrahentes vel conventus vel non.* De illo casu agendum capite sequenti: quid vero juris sit, si nihil de loco solutionis conventum, præsentia capite demonstrare tentabimus.

§ III.

Hic igitur illud generalissime verum arbitramur, teneri debitorem ad faciendam solutionem in illo loco, quo a Creditore convenitur, modo etiam ibi eum conveniendi jus habuerit; quod non tantum de foro domicilii debitoris, sed & de contractus foro intelligendum; quia verosimile est, voluisse contrahentes, ut ibi impleatur contractus, ubi celebratus. *Vbi actionē locus est ibi etiam solutioni.* Carpzov. P. III. Dec. 216. Matth. Wesenbec. P. III. Conf. 132. n. 45. & P. VI. Conf. 264. n. 44. segg. Baldus P. III. Conf. 224. & P. V. Conf. 332. Myning. Cent. 4. Obs. 82.

§ IV.

Quanquam autem hic regei possit, generalitati assertionis nostræ obviare vehementer *An hoc falsum de judic. ubi, si res legata, eadem præstanda dicitur gratis gratuitum?* eo loco, ubi sita vel relicta, ut hinc alii generaliter asserant, debitum gratuitum, non alio loco soluendum, quam in loco domicilii debitoris. Sigism. Scaccia de Camb. §. 2. gloss. 5. n. 228. & 235. Interim

A 3

nec

ON

habere vetera textum fori e quis in locum ei sita, quorubinde nis, ac rimum vel de pan. Injur. 3. ff. si rum & ire so, vel a- tur, de a titulo de



nec hoc nobis officere existimamus: quod enim Legem dictam attinet, nihil illa continetur aliud; quam, quod creditori licentia concedatur, debitorem etiam in loco rei sita, si scilicet species promissa, conueniendi. Bocerus *Class. IV. Disputat. 18. t. 1. 38.* Deinde est etiam alia legatorum alia contractum ratio: ubi enim quis heredem conueniret, nisi in loco domicilii vel sita hereditatis? hoc igitur fundamentum est, cur ibi saltem soluere teneatur. Quam tamen materiam plenius excussam reperies *Cap. III. in fin.* ubi etiam limitatio Regulae reperitur. Quod si quis jam subsumere velit, in omni debito gratuito idem valere, vereor ut fidem ab aliis consequatur. Ponamus enim casum, tibi promissam esse Berolini summam ducentorum florenorum a Ciue quodam Lipsiensi, nemo negabit, opinor, posse te debitorem tuum Berolini conuenire, ad promissi fidem liberandam, quanquam hoc debitum sit mere gratuitum. Modo tamen tantum alteri spatium concedatur, quo pecuniam sibi parare possit *L. 105. ff. de Solut. & L. 33. ff. de Usur.*

§. V.

*Quid in
Cambio?*

Idem verum esse existimamus in Cambio, ubi locus in quo facienda solutio expressus non est, ut sic eadem ratione in foro contractus, siue ubi literis campforiis promissio facta, conueniri possit debitor. Habet exemplum Carpzovius *P. III. Dec. 216.* de Mercatore Hamburgensi qui Lipsiae dederat literas campforias, *Wechselbrieffe* / & pecuniam summam certo tempore promiserat, sed non adjecto loco

SOLUTIONIS NON CONVENTO. 7

loco solutionis: conueniebatur campus Lipsiæ, hic excipiebat, se Lipsiæ solutionem non promississe, nec sibi domicilium ibidem esse; & pronunciatum est pro aëto, iustam esse ejus petitionem. Confer. B. Brunnem. *ad L. 21. ff. de O & St. n. 1.*

§. VI.

Sed hæc de illo debitore, qui a Creditore conuenitur, dicta, & quæ plura dici poterant, minus *Quo loco actione non forte dubii habebunt: id vero majoris disquisitionis mora sol- vendum?* est, quo loco sit facienda solutio, si debitor vltro offerre debitum, & hac ratione vel a pœna conuenta, vel a mora se liberare velit? Hic autem id apud omnes in confesso est, non sufficere oblationem debiti vbi-
cunque locorum factam, sed, nisi opportuno loco fiat, vix suo effectû gaudere. *L. 32. ff. de Usur. L. 39. ff. de Solut. L. 9. C. cod. L. 19. C. de Usur. Matth. de Afflict. Dec. 150. n. 11. Vincent. Caroc. de deposit. P. II. qu. 1. n. 1. & 2. Menoch. de A. J. Q. l. 2. cent. 3. cas. 232. n. 30. Brisson. de Solut. & liberat. L. 2. p. m. 117. Neguliant, de Pign. P. 5. membr. 8. Arum. de Mora c. 7. n. 4.*

§. VII.

Quis vero hoc casu dicendus sit locus idoneus, *Quis sit locus idoneus?* non omnino conueniunt Dd. Quidam eum demum idoneum dicunt, vbi Creditor domicilium habet, *An talis sit locus con-* propter *L. 19. §. f. ff. de Judic.* Alii illum etiam locum *traitus?* admittunt, vbi obligatio contracta & accepta pecunia, idque per *L. 45. §. 1. ff. d. t.* Nos vero illorum sententia subscribimus, qui pro domicilio creditoris pugnant, ob faciendos sumptus a Creditore ad perferendam pecuniam: Cui & accedit, quod, cum acci-

accipiendo transferatur dominium, tanquam traditione longa manu facta, arg. *L. Pecuniam 79. ff. de Solut.* creditor omne postea periculum, cui pecunia interim, dum perfertur, obnoxia, sustinere habere necessum. Ex quo sua sponte consequitur, non posse illum locum pro opportuno haberi, quo contractus celebratus, sed eum demum, ubi domicilium constituit Creditor.

§. VIII.

Respondetur ad L. 45. L. 45. §. 1. ff. de iudic. §. 1. ff. de iud.

Nec patrocinator contrariæ opinioni allegata mens sit, quam, posse debitorem in loco contractus conveniri actione iudicati, etiamsi alibi damnatus sit. Vbi is quidem verus sensus est, esse locum contractæ obligationis idoneum quantum ad conveniendi facultatem; ast, qui exinde colligunt, esse etiam cum idoneum, quantum ad debiti obligationem, lubrico nituntur fundamento, cum ab uno ad alterum ducere argumentum non liceat. Nam id generale est, ubicunque quis convenitur, ibi recte solvit, quanquam & hic ad interesse, quod non idoneo loco soluerit, condemnari possit; inde vero non sequitur, inverso ordine, ubi quis conveniri potest, ibi eundem, antequam conveniatur, recte solvere & offerre debitum. Pro contraria tamen opinione pugnat Donellus *L. 16. Comment. C. 11. lit. E.* Bocerus *Class. IV. Disp. 19. thes. 34. & 38.* Duarenus in *Comment. ad iit. de eo quod cert. loc. c. 4.* add. Paul. de Castro ad *L. 38. ff. de iud. n. 2.*

§. IX.

SOLUTIONIS NON CONVENTO.

8

§. IX.

Videmus ergo, non sufficere, quod statuit Ge-
 org. Schulze *Tr. de Depositi, & Oblat. pec. c. 4. num. 19.* *An debitor coram suo*
 p. 234. vt sc. debitor magistratum suum interpellet, *Magistratum*
 & apud eum ostendat, sibi paratam esse pecuniam, *pecunia of-*
 petarque citationem ad creditorem, vt compareat *ferre pos-*
 ad recipiendam oblationem. Id enim sine dubio *si?*
 non aliter admittendum, quam si expresse conven-
 tum, vt in loco domicilii debitoris solutio fiat: vel
 etiam vox *suum* referenda ad creditorem, quan-
 quam nec ita sufficit oblatio, sed debitor pecuniam
 ad creditorem ipsum perferre, & eidem solutio-
 nem offerre tenerur, per *L. 72. pr. & §. 3. ff. de Solut.*
 vbi expresse Marcellus asserit, non posse quem dici
 obtulisse, qui absens est, *Conf. L. Julianus 13. §. offerri*
8. ff. de Action. Empt.

§. X.

Sed an qualiscunque oblatio sufficit? Tue-
 mur negatiuam, nec aliter liberari debitorem exi-
 stimamus, quam si pecuniam paratam ostendat, *Oblatio non in folle & facienda.*
 sic numerationem offerat. Vnde non sufficit oblatio
in folle, qua phrasi Callistratus utitur in *L. 82. ff. de*
Condit. & D. monstr. hoc est in sacculo, vt eam expli-
 cat Dionys. Gothofredus *d. l.* sed numeranda est pec-
 unia, nisi creditor acceptare eam in folle voluerit.
 Atque ita intelligendi Dd., quando communiter af-
 ferunt, quod omnes LL., quæ dicunt, debitorem
 debere paratum esse solvere, intelligi debeant, quod
 debitor teneatur ire cum denariis in manu, alias eum
 obrulisse dici non posse, Alexander Tartagn, *Vol. IV.*
 B *Conf.*

radi-
ff. de
unia
beate
non-
con-
lium

egata
alia-
actus
natus
cum
con-
t, esse
olatio-
b vo-
Nam
r, ibi
d non
de ve-
veniri
recte
men o-
lit. E.
arenus
Paul.
§. IX.



Conf. 34. n. 9. & Conf. 150. n. 11. Roland. a Valle *Vol. I. Conf. 53. n. 34.* Tiraquell. *de Retrat. lignag. §. 1. gloss. 17. n. 8.* Negusant. *de Pign. P. 5. pr. membr. 3.* Bertachin. *Repertor. voc. oblatio.* Cothman. *Vol. I. Resp. 45. n. 135.* Ant. Natta *T. III. Conf. 631. n. 2.* Sigism. Scaccia *de Camb. §. 2. gloss. s. n. 230.*

§. XI.

An idem in specie debita juris quod in quantitate.

Interim tamen hæc non de quacunque præstatione rei debita, sed de solutione quantitatis tantum arripienda sunt, nam in debito speciei res sepius paulo aliter se habet: ita depositarius non tenetur rem alio loco, quam quo deposita est restituere: idem de restitutione pignoris verum esse existimamus, dum enim, secundum allata, debitor pecuniam ad locum domicilii creditoris perferre tenetur, sufficit si eodem loco restituat pignus creditor. Pariter rem venditam præstare alio loco venditor non tenetur, quam ubi res vendita, nisi aliud in specie conventum. Reliqua quæ hic afferri possent, studio omittimus, cum decisionem ex indole contractus nanciscantur.

§. XII.

Indebitum quo loco condicendum?

Videamus saltem, quo loco condicendum sit indebitum, an eo loco ubi solutum, an vero eo ubi alias forum sortitur, qui accepit? Meminit hic *Jarson* controversiæ inter *Citramontanos & Ultramontanos* hanc propter quæstionem agitatæ: quorum hi existimabant, repeti indebitum non posse, nisi in foro domicilii rei: Illi vero etiam in loco solutionis repetitionem concedunt. Quorum sententia

SOLUTIONIS NON CONVENTO.

II

sententia nos etiam calculum subijcimus. Idque in-
 primis ob *L. 27. ff. de Cond. indeb.* ubi, repetitionem
 indebiti quolibet loco fieri posse, statuit Paulus
 Jctus; ergo sine dubio etiam in loco solutionis fa-
 cta. Accedit quod indebiti solutio quasi contra-
 ctus sit §. 6. *Infl. de Oblig. quæ quas. ex contr. L. 5. §. 3. iam ex que-*
ff. de Obl. & Act. Bachov. de Action. Disp. IV. thes. 15. si contracta
 & hinc eo ipso forum constituat in loco contractus, nascitur.
 quod, quanquam a nonnullis in dubium vocetur,
 nos ramen immotæ veritatis esse censemus, inpri-
 mis, propter *L. 20. ff. de jud.* ubi expresse dicitur, eo
 loco quemque contraxisse videri, quo obligatus est;
 jam vero quo loco quis indebitum solvit, eo alter
 obligatur & sic contraxit, eoque ipso forum contra-
 ctus fundavit. M. Stephani *de Jurisd. Et. L. 1. c. 29. n.*
30. Carpzov. L. 2. Resp. 29. n. 2. & 3. Ut adeo nec opus
 sit, cum Hotomanno statuere, solutionem indebiti
 verum contractum esse, cum id textibus juris nostri
 manifesto refragetur.

§. XIII.

Supereft, vt de debito per vltimam voluntatem *Quo loco*
 acquisito videamus, vbi illud generaliter Dd. asse-
 runt, præstandum esse legatum eo loco, vbi relictum, *legatum?*
 nisi testatur aliud speciatim disposuerit, quod prin-
 cipaliter fundamentum in *L. 47. pr. ff. de Leg. I. L. 8. ff.*
de Jud. Barbof. ad L. 19. pr. ff. de Jud. Brunn. ad L.
30. ff. de Jud. n. 3. Donellus l. 17. Comment. c. 15. lit. c.
 ibique Hilliger. Quæ sententia omnino assensum
 meretur, nihil enim in legatorum testamentorum-
 que causis magis attendi solet, quam vt morientium
 volun-

B 2

volun-



voluntatibus, quantum possibile, satisfiat *L. 1. C. de S. S. Eccles.* Jam vero cum semper sit præsumtio, non voluisse testatores nimirum grauare heredes suos, secundum doctrinam Papiniani, in *L. 67. §. 8. ff. de Leg. 2.* fuit exinde sua sponte, voluisse etiam defectum, ut legata in loco tantum hereditatis sitæ præstentur, ne scilicet sumptibus in transportandis legatis grauetur heres. Quo autem loco heres conueniri possit a Legatariis, sc. non tantum in loco hereditatis sitæ, sed etiam domicili, cuius electionem habet heres, de eo videri potest Hilliger *loc. cit.* Vbi contra Vultrejum, qui Jura absurditatis hoc passu accusat, disputat, eumque conuincit: Et nos *Capite III. in fin.* Bruanemannum defendemus.

§. XIV.

Quo loco
alimenta?

Quid vero dicendum, si alimenta cuidam relicta, maior disputatio est? *Surdus Tr. de Alimentis Tit. 4. qu. 16. n. 1.* & qui eum sequuntur, statuunt, non alio loco teneri heredem præstare alimenta, quam in suo domicilio, non autem in loco vbi degit alimentarius. conf. *Roland. a Valle Vol. 1. Conf. 22. n. 10. & 11.* Contra vero heredem, & quemuis alium debitorem, teneri soluere alimenta, in loco vbi alimentarius moratur, defendit *Baldus P. III. Conf. 224. in pr. & Conf. 225. in pr.* quem sequitur *Tuschus Concl. pract. T. VII. Concl. 350. n. 6. sequ. vbi n. 7.* cum Baldo exceptionem format, in diuite alimentario, quia in hoc cessat fauor alimentorum. Nos tutius esse æquiusque existimamus Baldi sententiam amplecti: quod si enim certum est, quod vincit, *Vlpianus in L. 47. pr. ff. de Leg. 1. præstanda ibi*

Deciso.

SOLUTIONIS NON CONVENTO. B

ibi esse legata, ubi verosimile est, testatorem voluisse; quis tam imperitus sit in colligendis humanis voluntatibus, ut statuatur præsumendum, voluisse defunctum, ut pauper, ac miseratione omni dignus alimentarius (de hoc enim, non de illo, qui bonis abundat, disputatio est) propriis sumptibus alimentata petat? Sane nulla eo casu, vel si quædam, exigua tamen, legati utilitas in eum redundaret, id quod nunquam maximus ille alimentorum fauor admittit.

§. XV.

Sunt adhuc alia legatorum species, quas exceptionem a Regula formare, & non in loco hereditatis sitæ, sed domicilii legatarii præstandas esse existimant Dd. Ita legatum studiorum gratia relictum, solvendum ubi legatarius studiis operam navat. Simon de Præcis de Interpret. ult. volunt. l. 4. dub. 11. Interpret. 1. num. 108. Surdus de Aliment. tit. qu. n. 40. Pariter si legatum relictum ad mensuram certi alicujus loci, videri destinatum solutionem in loco mensuræ, putat Baldus d. Conf. 225. pr. Card. Tuschus alleg. Concl. 350. n. 8. De quo ultimo tamen dubitamus, cum vix videatur ea mens testatoris fuisse. Ita, si v. gr. alicui legati fuerint centum Imperiales, ut quidem in bonitate secundum conventionem. Lipsensem, nach dem Leipziger Fuß/ legatario exsolvantur, quis inde colligeret, voluisse testatorem, ut Lipsiæ fiat numeratio?

De Legato studiorum.

Quid certi loci mensura expres-
sat

§. XVI.

Cæterum quæ in præcedentibus de solutione An soluta
B; facien- in adibus

14.
creditoris
facienda?

facienda in domicilio creditoris dicta, eo pertinent, quod in illo loco vel ciuitate, vbi habitat creditor, solui, vel solutio coram illius loci iudice offerri debeat. Jam vero restat vt videamus, an debitor in ipsas ædas creditoris se conferre teneatur, & ibi pecuniam soluere; Ob er ihm das Geld müsse ins Hauß bringen? Et generatim dici posse videtur:
Quoties solutioni certus dies destinatus, toties solutio facienda in ædibus ipsius credi-

Argumen-
tum a tem-
pore ad lo-
cum.

Ratio deci-
sionis.

toris; deducto argumento a tempore ad locum, quod validum in iure existere, existimant Dd. magno numero citati ab Aug. Barbosa *Loc. Comm. arg. zur. Civ. lio. num. 2.* Euerhard. *Top. legal. loc. 88.* hoc est, qui certa die soluere alicui tenetur, iste etiam obstrictus est, vt ad illum locum specialem se conferat, vbi ille degit cui soluendum. Ad factum enim obligatus, omnia qua ad facti implementum pertinent, media eligere debet. Vnde superflua videtur cautela, in obligationibus plerumque expressa: *Daß er dem Gläubiger das Capital in seine Behausung bringen / und seine Obligation der gestalt lösen wolle / vtpote cum ad hoc ex natura contractus obligetur.* Rationem vero asserti huius repetere ex §. VII. h. cap. eo enim loco offerenda pecunia, vbi eam secure & acceptare & possidere potest creditor: Jam vero si in tertio loco fiat solutio, semper timeri potest periculum, cum interea, antequam domum pervenerit creditor, ipsi ab aliis, communicatis forte cum debitore consiliis, pecunia auferri possit, & ita

SOLUTIONIS NON CONVENTO. 15

& ita damnum sentire creditor, quod tamen ne contingat, solutio facienda. Franc. Gallus *Tr. de Fructibus Disp. X. art. 2. n. 76.* Imo vel in ipso desiderio debitoris, dum in ædibus creditoris solvere renuit, dolus subest, nisi alia eaque justa causa eum, vt alibi solvat, mouere videatur.

§. XVII.

Sunt vero ex Dd. qui hoc cum distinctione accipiunt, & de illo debitore, qui ejusdem cum creditore domicilii est, admittunt, quod in domo creditoris soluere teneatur; negant autem si domicilia in diuersis territoriis habeant. *Surdus de Aliment. tit. 4. qu. 16. n. 7. Rota Gen. Dec. 144. n. 4. Roland. a Valle Vol. 1. Conf. 87. num. 14. seqq. Sigism. Scaccia de Camb. S. 2. gloss. 5. num. 243. Jo. Gothofred. Freyer de Solut. c. 6. n. 25. Paris de Puteo de Feud. reintegr. c. 33. per tot. Petrus de Ubaldis in Tr. de duob. Fratr. qu. 14. n. 15. Aug. Beronius Vol. I. Conf. 126. n. 20. Et Conf. 157. n. 15.* Enimuero quicquid horum sit, in nostra tamen opinione perstamus, debitori simpliciter, ubicunque domicilium habeat, necessitatem impostam esse soluendi in domo creditoris: cum nec solida ratio in contrarium afferri possit, imo tacitus insuper contrahentium consensus subesse videatur, vt pecuniam absque vlllo damno vel periculo creditor accipiat.

§. XIX.

An autem idem obtineat in debitore ex causa lucratiua, seu donatore, quod & ille rem donatam ad ædes donatarii perferre teneatur, non conueniunt. *An decisio fallat in debitore ex causa libere?*

unt. Plerique hoc casu exceptionem formant, & creditorem adstringunt, vt ædes donantis accedat, ibique rem donatam accipiat. Freyer *dict. Tractat. e. 9. n. 16.* quem sequitur Struvius *Syntagm. Jur. Civil. Exercit. 47. tb. 75.* Verum nullam decidendi subiiciunt rationem, sed Freyerus tantum prouocat ad *L. 38. ff. de iudic.* cuius tamen diuersam rationem esse jam ostensum est §. IV. & XIII. Vix ergo aliud decisionis fundamentum suberit, quam, quod cum eo, qui ex liberalitate sua convenitur, tanto cum rigore non procedendum, quam cum illo, cuius necessitati à nobis, credendo pecuniam, succursum est. Interim tamen, illa quæ humanitatis sunt, non mox inducunt juris necessitatem, arg. *L. 41. ff. de acquir. vel amit. poss.* & sicut donare ab initio liberum fuit, ita donatum præstare, ex post facto necessitatis est, arg. *L. 5. C. de O. & A.* inde post donationem completam donatarius, si jure suo vti velit, compellendi donatorem jus habet, cum donationi insistendi necessitas, adeo, vt nec liberetur præstando interesse §. 2. *Inst. de Donat.*

§. XIX.

Emphyteuticæ Canonem Confectarium vero illius, quod §. XVI. dictum, est, teneri Emphyteutam annuatim ire ad domum ipsius domini & ibi canonem soluere. Abb. Panorm. *ad ades Do- mini per- in Cap. 9. X. de Restit. Spol.* Colerus *P. I. Dec. 24. n. 9. ferre debet.* Casp. Roderic. *de annuis re dit. l. 2. qu. 6. n. 2.* Carpzov. *P. II. Const. 38. def. ult. n. 1.*

§. XX.

*Idem in
Censuario.*

Idem hoc procedere dicunt Dd. in censu annuo pecu-

SOLUTIONIS NON CONVENTO.

17

pecuniario, cujus solutionem fieri debere per censuarium in domo domini census. Roder. *d. quæst. 6.*

n. 2. Leonhard. Duard. *de Censib. in Resol. §. 3. qu. 8.*

n. 22. Vbi tamen hoc limitat in pensione fructuaria, quod hujus solutio fieri debeat in loco, vbi res sita est, ex cuius fructibus solutio facienda: quod admitto, si pars quota fructuum ex fundo perceptorum præstanda; tunc enim ille cui debetur quota fructuum, omnino in fundo illo præsentem se sistere tenetur, quo distributio fructuum fieri possit.

Quid in pensione fructuaria?

Quod & in Ecclesiæ Ministris ratione decimarum obtinet, hi enim pariter a Parochianis in agrum vocandi, & ipsis decima pars fructuum assignanda, ne aliqui fraus eis facta dici possit, sicut hoc provisum in *Ordinat. Eccles. Saxon. Art. 22.* Add. Carpz.

Quid in Decimis?

Jurispr. Cons. l. 1. def. 130. eo ipso autem, quamvis separatio portionis fructuariae in fundo fieri debeat, non tamen liberatur debitor decimarum, quo minus decimas ad ædes Pastoris deferre debeat Carpz. *d. lib. 1. def. 135.* Alex. Monet. *de Decimis c. 6. num. 1.*

Quod & in aliis casibus locum habere puto, nisi aliud pacto vel consuetudine introductum.

§. XXI.

Quæritur hic etiam de laudemio, quo loco id Vasallus Domino præstare debeat? Existimamus eandem hic decisionem obtinere, tenerique Vasallum vel laudemium, *die Schutzwahr* in curie, vti Feudistæ loquuntur, sine curia Domini offerat, cum hic idem in Vasallo, quod in Emphyteuta verum sit, unde & hoc casu ab uno ad alium argumentum duci

Quid in laudemio?

C

pos-

posse, cum diuersitatis ratio non adfit, opinamur. Quod maxime procedit, si certum tempus laudemio soluendum praefinitum, quod tempus in iure determinatum non est, sed ex pacto vel statuto dependet: *Frantzck, de Laudem. c. 25. n. 2. seqq.*

CAPVT II.
DE
LOCO SOLVTIONIS
CONVENTO.

§. I.

*Quicquid
conuentum
illud obser-
uandum.*

TOta contractuum materies ex conuentione partium dependet, quicquid enim inter partes de negotio ceteroquin honesto, conuentum fuerit, illud custodiri etiam a iudice debet. Et huc spectat vulgatum illud: Pacta dant Legem contractibus: vnde & pactum inter priuatos in iurum, lex priuata dicitur *L. legem 10. C. de Pact.* Cagnol. *ad L. 2. C. de pact. int. Empt. §. c. n. 9.* Ita ipsam etiam contractuum naturam pactis mutari posse, apud omnes in confesso est, *L. 7. §. 5. ff. de Pactis* cum nihil in conuentionibus respiciendum, quam potestas & voluntas contrahentium, de qua si constiterit, firma adest obligatio *L. 2. ff. de R. 7. Seraphin. Dec. 787. n. 2.* Thom. de Thomasset, *in florib. Legum Reg. 8.* Quis ergo neget in arbitrio pariter debitorum & creditorum esse, de loco solutionis specialiter quid in contractu disponere? Quo facto, non alio respicere debitor opus habet, quam ad terminos conuen-
tio-

SOLUTIONIS CONVENTO.

19

tionis. Postquam igitur præcedenti Cap. quoddam debitoris circa faciendam solutionem officium sit, in genere demonstratum. Jam de eo solliciti erimus, ut ostendamus, quid obseruandum, si locus solutionis in contractu expressus.

§ 11

Mox vero hic occurrit Dd. distinctio, qua con-
 uentionem in expressam & tacitam dispendere so-
 lent, ex qua etiam diversitas contractuum resultat,
 dum alii veri, qui expresso, alii quasi contractus,
 qui tacito & præsumpto consensu constant, vocari
 solent. Inde pariter est, quod plerique asserunt,
 alium locum tacite conuentum videri, alium ex-
 presse: tacite videri locum appositum ex natura
 contractus sine ministerio contrahentium. Sigism.
Scaccia de Camb. §. 2. gloss. 5. n. 195. Quod si secun-
 dum terminos capituli præcedentis explicetur, faci-
 le assensum merebitur, nam sic omnino verum est,
 quod Dd. ajunt, tacitum locum, siue qui a jure in-
 est, idem operari, quod certus & expressus Ludov.
Postius Resol. 137. n. 29. seqq. Giurba Dec. 114. num. 18.
 Verum si iste asserti sensus est, tacitum locum illum
 esse, ubi contractus celebratus, quod sensisse vide-
 tur Freyer *de Solut. c. 6. n. 12.* non possum illud salua
 veritate admittere. Ponam enim casum: me, ob
 negotia Berolini degentem, Titio ibidem mutuo
 dedisse centum: quis ea propter diceret, me, con-
 trahendo Berolini renunciaisse juri meo, quod con-
 tra debiorem habebam, ut ille solutionem in loco
 domicili mei ædibusque propriis faciat? Proinde

An de loco
 solutionis
 quandoque
 tacite con-
 ueniat?

C 2

Freye-

mur.
 ude-
 jure
 o de-

ione
 par-
 uen-
 Et
 con-
 lex
 L. 2.
 con-
 omnes
 con-
 olun-
 adest
 n. 2.
 g. 8.
 m &
 quid
 respi-
 uen-
 tio-



Freyeri sententia non aliter admittenda, quam si in loco contractus simul domicilium habeat creditor.

§. III.

*Loco interdum per a-
quipollenti-
a verba ex-
primitur.*

Quaquam autem hæc de conventionione tacita facile procedant, aliud tamen de expressione loci per verba aequipollentia pronuntiandum. Quorum pertinet pactum ingrediendi, aut capiendi bona debitoris: *Der Gläubiger soll Macht haben durch arrest seine Güter eigenes Gefalles anhalten zu lassen / vid. L. 3. C. de pign. Mev. de Arrest. c. 12. n. 13. segg. Bachov. de Pign. l. 3. c. 21.* Sane hoc casu, postquam arrestum impositum, non alius solutioni locus videtur destinatus, quam ille, ubi bona sita, *Mev. d. l.* Pariter eodem referenda obligatio ad obstagium: *Die Ver- bindung zum Einlager; Vbi solutionis locus videtur esse domicilium debitoris.* Qualis obligatio propter maximos abusus in Imperio abrogata per *Reform. Polit. de anno 1777. tit. 17. von wucherlichen Contracten §. wiewohl auch.* Hering. *de Fidejuss. c. 17. n. 69.* Carpzov. *P. II. Const. 22. def. pen.* Sed Nobilibus tamen in Hollatia iterum confirmata *Instr. Pac. Os- nabr. art. 8. §. de indaganda in fin. Conf. Tabor. de Obstag. c. 4.*

§. IV.

*Quid juris si locus generaliter
adjiciatur.*

Jam de expressa loci adjectione agendum, ubi certum est, de loco solutionis non semper speciatim conveniri, sed interdum generaliter, imo generalissime. Quid igitur in hoc casu juris sit, paucis videndum, deinde de speciali loci adjectione acturi. Quod si ergo generalissime quis promiserit, se solu-

SOLUTIONIS CONVENTO.

21

solutorum vbique locorum: Es solle der Gläubiger
Macht haben/ den Schuldner an allen Orten und
enden zu verklagen/ und zur Bezahlung anzutrei-
ben; sine dubio vi hujus oblationis debitor soluere
teneatur, vbicunque locorum ipsum conuenerit cre-
ditor. Inde hoc cautelæ loco obseruandum, & obli-
gationibus inferendum, existimat Gail. l. 2. obf. 36.
n. ult.

§. V.

Non autem illud generaliter accipiendum, Non poterit
quantumvis enim juramento etiam debitor se cui- ubique con-
cunque Judicio submiserit, non tamen potest mox veniri sibi
in quouis loco conveniri, nisi etiam ibidem repe- non repe-
riatur. Aug. Berouius Vol. 1. Conf. 138. n. 11. Baldus Vol. atur.
III. Conf. 167. n. 1. Jacob. Cancerus Variar. Refol. P.
II. cap. 6. n. 160. de quo agemus ex professo sequ. Cap.
III. Proinde cum hoc jam tum huic negotio in-
non video, qua ratione Bartolus in L. si conuenerit
n. 4. de ff. Jurisdic. omn. Jud. exigere potuerit, vt spe-
ciatim addatur, se soluturum, vbicunque fuerit in-
uentus; quanquam enim vox inuentus non fuerit
adjecta, nihilo tamen fecius clausula effectu suo gau-
det, secundum vulgatam regulam: Quæ tacite in-
sunt, non opus est vt exprimantur Bachov. ad We-
semb. tit. de L. Falcid. n. 8. Francisc. Molin. tr. de Ritu
Nupt. l. 3. qu. 80. n. 30. Francisc. Leo in Ibesaur. forei
Ecclesiast. P. III. C. 7. n. 61. Joseph. Vela Diss. 12. n. 2.
Escobar de Rationat. c. 7. n. 7.

§. VI.

Quæ vero hic dicta sunt, perpetuam limitatio- Limitatur
nem essentiam.

C3

nem habent, modo locus, quo conuenitur debitor, talis sit, de quo tum temporis, cum se omni iudicio submitisset, probabiliter cogitare poterat. Præterquam enim quod ipsi jam grave sit, quod alio quam domicilii loco solvere teneatur, non est ulterius hoc odiosum extendendum, ut etiam eo loco teneatur, de quo, cum se obligaret, ne cogitare quidem poterat. Gallef. de Camer. Obligat. quest. 3. Jacob. Cancerius Var. Ref. P. II. c. 6. n. 161.

§. VII.

*Quid si qui
busdam lo-
cis expres-
sis, genera-
lia clausula
subiecta?*

Solent etiam Dd. a generalitate illius, quod §. IV. diximus, excipere eum casum, si quis quædam loca speciatim expresserit, & ulterius generaliter promiserit, se in quocunque alio loco solvere velle, ubi, non posse debitorem conveniri in loco remotiori & majoris distantia, statuunt. Sic, si quis debitor Halæ promiserit, se soluturum Berolini, Lipsiæ, Dresdæ, vel quocunque alio loco, non poterit conveniri Hamburgi, quia hic locus Hala distantior est cæteris. Decius in Cap. 1. de Judic. Oldradus Conf. 8. Jacob. Cancerius P. II. c. 6. n. 16. seqq. Roman. Conf. 80 n. 9. qui tamen diuersum obtinere dicit, si in quocunque loco, non expressa voce, alio, promiserit, tum enim ubicunque eum conveniri posse, quantumvis iste locus, cæteris nominatis sit distantior, add. Card. Tusch. Pr. Concl. P. VII. Concl. 150 n. 3. Nos vero id subtilitatem scholasticam redolere credimus, cum etiam vix hæc differentia germanico idiomate exprimi possit.

§. VIII.

Inde & illorum superuacua industria est, qui negotium expedire allaborant, distinctione adhibita, an loca prolata copulatiue, an vero disjunctiue: illo casu totum debitum secundum proportionem in locis expressis & pro rata etiam vbique locorum peti posse. hoc vero casu idem esse ac si nullus locus expressus fuerit. Meier. in Colleg. jur. arg. tit. de Judic. n. 231. Enimvero si in casu, quo copulatiua locorum expressio facta, quis pro rata in locis etiam non expressis conueniri potest, quaro, qua ratione habenda sit proportio? quod in primis exemplo linguæ venacula clarescit, veluti si dicerem: Und gebe ich den Gläubiger Macht/ daß er mich zu Berlin/ und zu Dresden und an allen andern Orten verklagen/ und zur Bezahlung antreiben möge; esset contra mentem contrahentium facta interpretatio, si creditor singulis locis saltem partem debiti consequi deberet. Id quidem certum ac indubitatum est, diuersam explicationem mereri expressionem locorum, quæ per copulam, præ illa, quæ per disjunctivam concepta; sed hoc tum saltem verum est, si omnia loca expressa. Ita qui Ephesi & Capuæ promittit, hoc agit, vt partem Ephesi & Capuæ partem solvere renatur, sicuti eodem exemplo vitur Vlpianus in L. 2. §. 4. ff. de eo quod certo loc. Quod si vero disjunctiue, aut Capuæ aut Ephesi promittat, vno tantum loco solvere tenetur, ita, vt habeat electionem quo loco solutionem facere velit; sed tamen & creditor, si debitor in solutione cesset, potest eligere, quo loco ipsum

An locum habeat distinctione inter copulatiue & disjunctiue factam locorum expressionem.

Qua ratione admitti possit distinctio?

ipsum actione directa conuenire velit, & quidem in solidum: per clarum textum in *d. L. 2. §. 3. ff. d. t. Barn. Briffon. de Solut. l. 1. p. m. 52.* Ast hæc omnia, ut diximus, non possunt locum habere, si in fine adjecta sit expressio locorum generalis. Hoc quidem largior facile, multum hic æquo Iudicis arbitrio committendum, ut ille, quantum possibile est, secundum voluntatem contrahentium faciat interpretationem. Ita, si quis certa loca Germaniæ expresserit, & postea generalem clausulam subijciat, posse eum quidem quocunque alio loco conueniri autumamus, sed tamen non extra Germaniam, quippe cum videatur ista eius mens colligisse posse, ex speciali locorum Germaniæ expressione: sed quid in contractuum interpretatione magis inspiciendum, quam mens & intentio contrahentium? *L. 52. ff. de V. O. Molin. de Primog. l. 1. c. 4. n. 20. Connan. Comment. jur. Civ. l. 7. c. 1. n. 13.*

§. IX.

Quo loco in expressione locorum generali, mora purganda? Sed quaeritur, si generaliter ubique locorum quis soluere promiserit, & tempus fuerit obligationi adjectum quo loco solveudum debitoris sit, si a more se liberare velit? Existimamus hic, cum generalis illa locorum adjectio in gratiam creditoris potissimum facta, Zanger *de Except. P. III. Cap. 1. n. 224.* debuisse etiam creditorem locum, quo solutio facienda, eligere non ergo constituitur debitor in mora, etiam tempore conuento non soluerit, sibi enim imputet creditor, quod prius, quo loco solveudum, non disposuerit. Debitor igitur dum electi-

SOLUTIONIS CONVENTO. 25

lectionem expectavit, & interim solvere paratus fuit, non potest dici moram commississe. Card. Tuschus *Pr. Concl. T. VII. Concl. 350. n. 2.* Alexander Tartagnus *Vol. V. Conf. 45.*

§. X.

Missâ igitur obligatione generali, disquirendum est de eo casu, ubi specialiter & determinate locus solutioni destinatus. Tum vero altero non potest alio loco fieri solutio; plurimum enim vel commodi vel detrimenti qualitas loci comprehendit, Marc. Anton. Peregrin. *Vol. I. Conf. 41. n. 18.* quod non tantum in Creditore verum esse opinor, sed etiam in debitore, ita, ut nec hic alio solvere loco teneatur, quam eo, de quo conventum. Exemplo enim perniciosum est, debitorem compellere, ut alio quam destinato loco solvat *L. 8. C. de solut. ibique B. Brunnem. n. 1.*

§. XI.

Hic jam omnia illa, quæ de oblatione debiti præcedente capite allata, aliam interpretationem recipiunt, nulla remanente difficultate, cum nihil, quod quacunque ratione ad solutionem pertinet, alio quam convento loco peragendum: nec a mora liberatur debitor, licet creditori ipsi, alio tamen loco pecuniam offerat: non enim idem est, quocunque nobis loco solvatur. *L. pen ff. de eo quod cert. loc. L. 122. sub fin. pr. ff. de F. O. Menoch. de A. 7. Q. l. 2. cent. 3. cas. 232. num. 30. Zanger de Except. P. 3. c. 1. n. 223. Et c. 2. n. 64.* Quod in tantum verum est, ut, etiamsi alibi ei, cujus persona stipulatione comprehen-

D

hen-

hensa, solum liberatio tamen non sequatur. *L. 2. §. idem julianus ff. de eo quod cert. loc. nisi ut id liceret, specialiter stipulatione cautum. L. 98. §. 6. ff. de Solut.* Barn Briffon. *de Solut. l. 1. p. m. 53.*

§. XII.

*Cujus loci
usura & va-
lor monetae
attendendus?*

Dispicendum porro de vexatissima illa controuersia, quae inter Dd. agitur, an, si v. g. tecum contraxerim Lipsiae, sed locus destinatus solutioni sit Berolinum, usura, vel etiam valor monetae, sit aestimandus ex loco contractus, s. moribus Saxoniacis, an vero ex loco solutionis, siue moribus Marchicis, cujus inprimis in usuris praestandis magna diuersitas est, cum in Saxonia saltem quincunces, in Marchia vero semissales solui soleant? Sunt non pauci in ea opinione, in huiusmodi vel monetae, vel usurarum distinctione, locum destinatae solutionis ante omnia attendendum: etiamsi vel in loco contractus, vel in loco domicilii aliud obseruetur. Cujus sententiae defensor inprimis existit Berlichius *Dec. 102. n. 1. vbi n. 5.* addit, quod, etsi debitor fuerit morosus, & creditor eum in loco domicilii conuenire, & ad solutionem compellere cogatur, nihilominus debitor illum valorem, qui in loco destinatae solutionis currit, & forte major est, quam in loco domicilii, soluere & supplere cogatur. Conf. pro ea sententia Matth. Wesenbecius *P. I. Conf. 14. num. 54. P. III. Conf. 132. num. 62. in f. & Conf. 139. num. 48. P. IV. Conf. 264. n. 44.* Oldradus *Conf. 108. in pr. Alexand. Tartagn. Vol. V. Conf. 37.* Georg. Schultze *de Oblat. & depof. pec. c. 4. n. 20. p. m. 253.* vbi praedicta assert, tam

SOLUTIONIS CONVENTO. 27

tam Scabinorum, quam Jctorum Lipsiensium & Wittenbergensium. Fundamentum asserti hujus ponunt in L. 21. ff. de A. & O. l. 3. ff. de eo quod cert. L. 22. ff. de Reb. Cred. & L. 19. §. fin. ff. de Judic.

§. XIII.

Verum enimvero sit salua aliorum autoritas, *Attendendum* nobis tamen contraria opinio verior videtur, non *dua locus* esse hic casibus attendendum locum solutionis, sed *contractus* locum contractus gesti. Sunt enim nimis clara Ulpiani verba in L. 34. ff. de R. J. semper in stipulationibus & in cæteris contractibus, sequendum, vel id, quod actum, vel si id non appareat, *quod in regione, in qua actum est*, frequentatur. Inde Dd. generaliter asserere solent, semper in sollemnitatibus attendendum esse locum actus gesti. Barbosa *Loc. Comm. Lib. XVII. Cap. 39. Axiom. 5.* Confer. pro nostra opinione B. D. Brunnem. *ad L. 21. ff. de O. & A. Roland. a Valle Vol. 3. Conf. 100. n. 13.* vbi hanc sententiam communem dicit. Matth. de Afflict. *Dec. 363. n. 5. Socin. Vol. I. Conf. 247. num. 4. Barb. Vol. II. Conf. 15. Vdalric. Zasius ad d. L. Contraxisse 21. num. 2.* quanquam *n. 1.* dubie loquatur. Jacob Cancer. *Variar. Resol. P. II. cap. 6. num. 157.* Jo. Carol. Antonell. *de tempore leg. l. 1. c. 42. n. 27. seqq. Marefcottus Var. Resol. l. 1. c. 94. n. 2. & 3. Seraphin. Dec. 944. n. 2.*

§. XIV.

Leges quas nobis objiciunt aduersarii, tantum *Responde-* abest, vt quidquam veritati refragentur recte *tur legibus* explicatæ, vt porius ne verbum quidem illi contrarium *obstantibus* contineant. Nam in L. 21. ff. de O. & A. dicitur

D 2

qui-



quidem locum destinatae solutionis similem esse loco contractus, sed hoc, quantum ad fori competentiam attinet, intelligendum, de qua capite sequenti agemus, quod vero alios effectus concernit, remanet regula Vlpiani ex *cit. loc. 34.* attendendum esse morem regionis in qua contractus celebratus. Magis obtare videtur *L. 3. ff. quod cert. loc.* vbi expresse Cajus, quantum ad vsuras, attendendum esse interesse loci conuerti, asserit. Verum salua res est, non enim ibi dicitur, quod debitor vsuras in illo loco consuetas exsoluere teneatur, sed ista JCI mens est, debere Judicem aestimare interesse creditoris, dum ille vel oleum vinumque tanti vendere, vel etiam pecuniam aliis, pro rot vsuris mutuo dare nequit, quod tamen poruisset, si debito loco fuisset numerata. Eadem responsio applicando *legi 22. ff. de reb. cred.* vbi sententia Iuliani ita explicanda: Si vinum vel res promissa debito loco non praestetur, loci illius aestimationem esse, attendendam, eo effectu, ne damnum patiatur creditor, vtpote qui eo locorum forte cariori pretio vinum vendere poterat. Sed longe alium sensum ac diuersum plane casum continet assertio nostra, quippe qua illud saltem intendimus, pondus, numerum & mensuram rei promissae dijudicandam ex loco contractus: quod si vero quis rem promissam praestare in natura, vel nolit, vel non possit tum deum obtinet decisio *d. l. 22.* vid. Brunn. *ad d. L. n. 2. seqq.* Tandem vero quae adhuc vrgetur *L. 19. §. fin. ff. de Judic.* plane de his omnibus silet.

§. XV.

§. XV.

Hæc cum sua veritate constent, miramur merito, quare Jo. Carol. Antonell. *de Temp. Leg. l. 1. cap. 1. a solvenda* 42. n. 29. sequutus Oldradum *Conf. 168. num. 1. & legata?* Corn. l. 2. *Conf. 244.* limitationem in legato formandam censuerit, ita, vt illud non præstandum esse dicat, in moneta currente in loco vbi est conditum testamentum, sed quæ currit in loco solutionis faciendæ, si forte illa testatore adjectus. Sane diuersitatis rationem nullam video, qua cessante nec eam sententiam amplecti licebat.

§. XVI.

Id vero certissimum est, cessare supra dicta in Cambio. Posito enim aliam monetam currere in loco contractus, sive cambii scripti, aliam in loco solutionis, sine dubio pecunia soluenda secundum monetam currentem in loco solutionis. Quamquam nec hanc proprie dictam exceptionem esse credamus; quod si enim in ipsam hujus rationem inquirere animus sit, mox apparet, ejus vnicam esse causam, conuentionem, qua se obligat Campsor, ad præstandum vt Præsentani illius loci, qui solutioni destinatus, moneta ordinaria ab Acceptante exsoluatur: Sed hoc etiam in aliis contractibus quam Cambio obrinet, vt sic non pro exceptione habendum, cum ad eum casum, quæ hæctenus dicta, non pertineant.

*Cambium
qua moneta
soluenda.*

§. XVII.

His jam positis, disquirendum est, an Acceptans, siue ille qui pecuniam in loco destinato exsoluit, acceptantis

*Præsentans
tenetur ad
dare ad
vit, acceptantis*

D ;

vit, teneatur deferre eam in aedes Praesentantis, siue ejus cui fit solutio, an vero hic teneatur adire aedes illius, & ab eo pecuniam perere? Vbi pramonendum, non hic morari debere quempiam, quod nonnulli mercantium facili opera eo adduci soleant, vt pecuniam ad aedes nostras transmittant, id enim illi ex humanitate faciunt, hinc ceteris non possunt Legem imponere. Nos vero hic, quid de Jure fieri necessum sit, sumus solliciti. Et prima quidem fronte viderur, non posse aliam decisionem obtinere, praeter eam quam praeced. Cap. §. XVI. latius deduximus, simpliciter ibidem asserentes, obligari quemcunque debitorem, ad pecuniam in ipsis creditoris aedibus, numeratione legitime facta, restituendam: Ast ne eadem hic obtineat sententia, diuersa ratio suadet: non enim simpliciter debetur illa pecunia, sed postea demum quam literarum Cambii facta praesentatio; haec vero cum in aedibus illius qui soluere pecuniam debet, facienda, verosimile est, teneri quoque praesentantem, vt eo loci oblatum acceptet pecuniam, quod facta praesentatio.

§. XIX.

Responde-
tur Objectioni.

Nec est quod hic urgeas, praesentatione facta, non mox sequi solutionem, quippe perlectis & subscriptis litteris Cambii ab Acceptante. vbi plerumque solet subscribi vox *Acceptet* / solent illa praesentanti restitui, solutione in aliud tempus dilata, Raph de Turri *Tr. de Camb. Disp. 2. Qu. 2. n. 15. conf.* Dom. Gaitus *Tr. de Credito cap. 2. tit. 7. & sic remanet*

SOLUTIONIS CONVENTO.

31

net adhuc dubium, annon presentatis & subscriptis literis, postea acceptans pecuniam ad illius aedes ferre teneatur? Sed manemus in negatiua, eiusque potissimam rationem hanc statuimus, quod illud videatur tacite ipsi negotio subesse. Dum enim remittentes cum Campfore contrahit, eique pecuniam summam tradit, vt eandem vel ipse vel alius ejus nomine alibi recipiat, videtur tacite id saltem voluisse, vt dictam summam alibi repetere possit, jam vero vbi quis repetere tenetur, obligatus est vt eum locum adeat, quo accipere queat. Imo cum remittens teneatur suis sumptibus facere, vt pecunia Campfori siue Trassanti in aedibus propriis tradatur, quid æquius, quam vt idem remittens a procuratore Campforis eandem in hujus aedibus reperat?

§. XIX.

Ad stipulantur nostræ sententiæ mores quasi o- *Provocatur*
mnium locorum, siue enim per Belgium, siue per *ad Aiores,*
Angliam Italiamque iter feceris, idem obtinere vbi *in primis I-*
que patebit, & maxime in celeberrimo illo Italia *calia.*
emporio, Venetias intelligo; vbi Mercatores, Germanis peregrinantibus cambia exsoluentes, diurno tempore vna domo habitant, quæ propterea dicitur: *Das teutsche Haus.* Hanc domum adeat, cui cambium exsoluendum, ibique solutionem recipiat, necesse est. A quo jure mercatores ejus loci, ne larum quidem vnguem recedere solent, saltem non tenentur, etiam si Princeps sit, cui exsoluenda pecunia.

§. XX.

*Si Creditor
non presens
debitor non
solvendo
moram non
committit.*

Hæc vero omnia quibus hæcenus demonstra-
tum est, teneri debitorem, vt solutionem faciat,
non in alio loco, quam de quo conuentum, ita intel-
ligenda sunt, modo creditor etiam eo loci fuerit, v-
bi soluere vi contractus volebat debitor. Alias e-
nim quamuis dicto loco & tempore non soluerit,
haud tamen dicendus est moram commisisse. Est
namque mora nihil aliud, quam solutionis, debito
tempore præstandæ injusta seu frustratoria dilatio
Zœf. tit. de *Vfur. n. 46.* Jul. a Beym. *Tr. Sing. de mora
n. 1.* Taco a Glins. *Tr. de mora App. 1.* Quis vero di-
cat, hoc casu in debitore fuisse animum fraudandi,
cum cessauerit creditor ad solutionem recipiendam,
quam facere debitor paratus erat, Roland. a Valle
Vol. 1. Conf. 57. n. 36. seqq. Cacheran. *Conf. 4. num. 26.
seqq.* Iac. Canc. *Var. Res. P. II. c. 6. n. 175.* Matth. de
Afflict. *Dec. 316. n. 2.* Hieron. Magon. *Dec. 78.* Aym.
Crauetta *P. IV. Conf. 648. n. 2.* Quanquam hic con-
sultius sit, in casu absentis creditoris, vel iudici pec-
cuniam offerre, vel de promptitudine sua in soluenda
præstari.

§. XXI.

*Cessante in-
teresse Cre-
ditoris ces-
sat neces-
sas loco de-
stinato sol-
uendi.*

Denique videndum, an nullo plane casu quod
certo loco promissum, alio soluere liceat? Scilicet
expediti iuris esse existimamus, toties cessat
hanc juris dispositionem, quoties cessat alterius
interesse, quod si enim creditori idem sit, an loco
destinato, an alio soluatur, & tamen solutionem
acceptare renuat, non indulgendum arbitramur
mali-

SOLUTIONIS CONVENTO.

35

malitiosæ ejus petitioni, qua nihil laturus est creditor, nisi ut molestiam reo exhibeat, cum tamen malitiis indulgendum non esse, sapientissime cœnuerit J Ctus Celsus *L. 38. ff. de R. V.* conf. Schulz. *Tr. de Oblat. pec. c. 4. n. 20.* Hic licet interesse docere possit creditor si tamen debitor præter sortem, vsuras simul offerat, ac ita ad refusionem omnis illius damni, quod creditor ratione loci incongrui prætereundum potest, se obliget, non video quare non possit cogi creditor, ad recipiendam solutionem. Barn. Brisson. *de Solut. l. 1. p. m. 53.* Negulant. *de Pign. P. 5. memb. 3.* Nam si in alia forma nummos accipere tenetur creditor, si damnum inde non passurus per *L. 99. ff. de Solut. Ant. Gabriel. Comm. conclus. l. 4. tit. de Solut. concl. l. 1. seq.* cur non ob eandem rationem in alio loco, cessante damno, solui possit?

§. XXII.

Quod idem etiam ex parte debitoris verum est, *Idem si de-* nam si & ab hoc alio loco solutionem desideret cre- *ditoris in-* ditor, & debitoris nihil plane, creditoris vero maxi- *teresse ces-* me interfit, eum ad solutionem compelli posse cre- *set.* ditum. Vbi mirari subit, cur quidam summi nomi- nis J Ctus hic contrarium statuat, occasione *L. 8. C. de Solut.* nec sc. id a creditoribus in exemplum tra- retur: sed qua ratione id cum detrimento debitoris in exemplum trahi possit, non videmus, siquidem in hic terminis maneamus, ejus nihil inter esse, an solu- tio ibi fiat an secus. Sane in *d. L. 8.* nihil de hoc ipso habetur, saltem prohibetur creditor absque justa

E

cau-

fra-
ciar,
intel-
rit, v
ias e-
nerit,
Est
ebiro
ilario
mora
ro di-
andi,
dam,
Valle
m. 26.
h. de
Aym.
con-
ci pec-
luen-
quod
ilicet
suar
terius
loco
nem
amur
mali-



causa debitorem, vt alio loco soluat, compellere: atqui quam supponimus hic causam, satis in se iusta est.

§. XXIII.

Alio loco solvi potest, si ad locum solutionis venire non possit debitor.

Tandem etiam eo casu solutio alio loco fieri potest, imo debet, si absque summo periculo solutionis locus adire nequeat, forte quod ab hostibus obsessus, vel prædones viam intercluserint: quibus circumstantiis tam debitor, quam creditor alterum ad numerationem alio faciendam compellere valet Boccerus *Class. 4. Diss. 18. thes. 57. lit. b.* nihil enim generalius dici potest, quam omne illud, quod inter contrahentes actum est, censi ita actum, vt tantum, rebus in eodem statu manentibus, locum obtineat. Guttierrez *Pract. Concl. l. 3. qu. 42. num. 37. § 38.* Flamin. *Parif. de resign. benef. l. 1. qu. 14. num. 11. § l. 3. qu. 18. n. 123.* Hier. Fernandez de Otero *Select. Interpr. cap. fin. de consuet. n. 77.* Marta de *Clausul. P. I. Claus. 127. n. 1.*

CAPVT III.

DE

FORI COMPETENTIA EX
LOCO SOLUTIONIS.

§. I.

Ratio Capic.

Vidimus hætenus, quo loco debitori ab ære alieno se liberare incumbat, si officio se suo conformem

mem gerere velit; sed eniuero, quam pauci reperiuntur mortalium, quos solus diuini Numinis metus, vel conscientia morsus sub obsequio retinere valeat, nisi extrinsecus quaedam compellendi vis accesserit per Iudicia. Hinc rectissime Plutarchus aduersus Colotem de iudiciis disserens, qui vitam, inquit, qui Leges composuerunt atque iura, utque regerentur urbes, & imperio Magistratum parerent, instituerunt, si in tranquillo admodum nos collocauerunt tumultibusque liberauerunt. Ista si quis aboleret ferarum porro vitam victuri essemus & quisque obuium quemque tantum non deuoraturus. Proinde id etiam nobis maxime necessarium nunc erit, ut subiciamus, ubi locorum debitorem meum, si contractus LL. violare, officiique sui immemor esse videatur, conuenire atque compellere commodum quem, quod Fori comperentiam JCI vocant.

§. II.

Est hinc ante omnia inspiciendus & explicandus Julianus qui *L. 21. ff. de O. & A. Contraxisse*, in *ff. de O. & A.* inquit, unusquisque in eo loco intelligitur, in quo ut solueret se obligauit. Cujus non iste sensus est: non differre locum contractus celebrati, a loco solutionis; hoc enim, quantum ego quidem memini, nec asseruit quisquam hactenus, nec asserere absque nota absurditatis potuisset. Sed eo collimat JCIus, ut ostendat, non eo saltem loco conueniri quem ex contractu posse, ubi is celebratus, sed & ad quem locum a partibus destinata solutio; vnde Dd. communiter locum solutionis pro comperente foro habent.

Et

bent.

ere:
ustafie-
so-
ibus
rum
va-
nim
d in-
, vt
cum
n. 37.
m. 11.
lect.
P. I.

EX

alie-
nfor-
mem

Ratio Legis. bene. Cujus forte ea ratio naturalis reddi posset, quod, quemadmodum contrahendo quis videtur, tantum, quantum ad illum contractum, se submisisse illius loci Jurisdictioni, ubi contractum est, ita multo magis quis videtur illum Judicem agnoscere, in cuius territorio contractum solutione consummare voluit. Comparantur ergo inuicem locus solutionis & locus contractus, sed non ulterius, quam quod conveniendi facultatem attinet, in reliquis enim magis locum contractus celebrati attendendum, superius cum Brunnemanno monuimus Cap. II. §. XII. seq.

§. III.

*An absens
in loco con-
tractus con-
ueniri pos-
sit.*

Stat igitur sententia, posse debitorem conveniri in loco solutioni destinato. Sed illa hic perpendenda quaestio est satis ardua, ac inter juris interpretes vehementer agitata, an conveniri ibidem debitor possit, etiam si eo tempore praesens non fuerit? Sed hic videamus prius, quid in contractus foro hoc passu juris, deinde de loco solutionis erimus solliciti. Illo ergo casu de jure Canonico res expedita est, praesentiam rei requiri, si in foro Contr. quis conveniendus *cap. I. de Foro competente in 6to.* Sed de Jure Civili maxima est disputatio, ubi non pauci reperiuntur, qui existimant, altero etiam absente actionem institui posse, quos inter est Lauterbach. in Colleg. Th. Pr. tit. de judic. §. 48. Hahn. ad Wesenb. de jud. n. fin. Frantzk. d. t. n. 37. Sed qua id ratione procedere possit, non videmus; quem enim effectum habebit, a iudice loci contractus facta citatio? Et posito, quod vrgent, contra reum tanquam con-

tuma-

tumacem procedi posse, si non compareat; quo tandem modo executio fieri debet? Nec enim remissionibus, imprimis in contractibus, hodie locus superest. Couarruv. *Pract. quest. 11. num. 10.* Vult. ad *L. 1. C. vbi de Crim.* Rauchbar. *P. I. qu. vlt.* Judex ergo domiciliū sine dubio per literas murui compassus ad faciendam executionem implorandus est. His vero sumptibus, & incommodis opus non habet creditor, si debitorem mox in loco domiciliū compellet. Existimamus proinde, veriore esse sententiam eorum, qui statuunt, in contractus foro neminem conueniri posse, nisi præsens sit, vel bona ibi possideat.

§. IV.

Jam perlustranda sunt asyli, ad quæ dissentientes confugiunt, vbi primum se offeri *L. 19. §. 1 ff. iur ad L. 19. de iudic. ibi: etsi ibi domicilium non habuit.* Nihil *ff. de iud.* igitur hac lege manifestius existimant, quam conueniri posse reum, in loco contractus, etiamsi domiciliū ibi non habuit. At duplex ad hoc in promptu est responsio: Primo enim non sunt contraria, præsentem esse, & non habere domiciliū; quoties enim id vsu venit, homines alicubi esse præsentes, vbi tamen domiciliū non habent. Secundo, miror, hæcenus a nullo, vel tamen paucissimis interpretum veram responsionem tactam esse, quæ tamen expressis textus verbis fundatur. Hæc enim sunt verba Legis: *Etsi ibi domicilium non habuit, ibi se debet defendere: Et si non defendat, neque ibi domicilium habeat, bona possideri patietur.* Ex quibus



bus vltimis verbis manifesto apparet, loqui Vlpianum de hoc casu, si in loco illo quis bona possideat, quod tum ibi conueniri possit, etiam si absens sit, scilicet in bona fiat immisio; quam explicationem arctissima illa verborum connexio desiderat. De illo igitur casu, si nec praesens sit, nec bona ibi reus habeat, nihil continetur in illa Lege. Proinde id ex communibus regulis decidendum: quemadmodum & *d. L. pr. succurrit*, vbi haeres quidem dicitur conueniri posse in loco defuncti, sed notanter additur, *si ibi inueniatur*: Ex quo colligo, nec defunctum ibi (& per consequens nullum debitorem) conueniri potuisse, nisi praesens fuisset; quia haeres in defuncti locum succedit, nec ad quidemquam obligatur, nisi ad quod obligatus fuerat defunctus.

§. V.

*Resp. ad
Nov. 69.*

Minus adhuc nos morabitur *Novella 69. pr. §.* quod enim ibi generaliter in loco contractus forum tribuatur, neminem habeat contradicentem sed qui propterea terminos habiles excludunt, insigniter falluntur; nihil enim in iure nostro tam generaliter dicitur, quod non conuenientes praesupponat terminos.

§. VI.

Nostra sententia moribus recepta & a Dd. approbata.

Hac igitur eum tam vera sint, nostra etiam sententia in praxi communiter recepta, & si non ab omnibus, a plurimis tamen Dd. approbata. B. Brunemann. *ad d. L. 19. ff. de iudic. num. 14.* Mevius *P. I. Dec. 239. n. 1. §. de Arrestis c. 12. n. 14.* Colerus *de Proc. cess.*

EX LOCO SOLUTIONIS.

39

cess. Exec. P. II. c. 1. num. 44. Christinaus Vol. II. Dec. 264. Sichard. ad L. 2. C. de Jurisdic. num. 12. Anton. Faber. l. 3. Cod. tit. 15. def. 4. & l. 8. tit. 30. def. 55. Gail. l. 2. Observ. 36. n. 14. Jacob. Cancreri Var. Resol. P. II. cap. 6. num. 160. Sigism. Scaccia de Judic. l. 1. c. 40. n. 6. Modern. de Processu P. II. cap. 1. num. 18. Sola in Consuet. Sabaud. de Citat. gloss. 8. Socinus ad Rubr. de foro competent. num. 15. Sforti Oddus de Restit. in integr. qu. 32. art. 13.

§. VII.

Fulta jam sententia nostra, & probata, teneri *An aliud*
reum presentem esse in loco Contractus, si conve- *de loco So-*
niri debeat, videamus an idem de loco solutionis *lutionis de-*
dicendum, siue ad diuersum quid hoc casu obtine- *endum.*
at? Sane, non licuit rationem assequi, quare accu-
ratisimi quidem Jcti existiment, teneri reum vt
se presentem listat in loco contractus, si ibidem so-
lutio destinata, alias etiam contra absentem procedi
posse vult. *ad tit. C. de Jurisdic. n. 27. Matth. Stephani de Jurisdic. l. 1. c. 29. n. 6. seqq.* Quamobrem
cum nihil plane diuersitatis hoc passu, quoad hæc
loca reperiri possit, in thesi potius nostra subsistimus;
cur enim sola solutionis destinatio hoc effectum
gaudere deberet.

§. VIII.

Sed forte aliud pronuncandum cuiquam vi- *Quid si ju-*
deri posset, si juramento debitor, quod in loco so- *ramentum*
lutionis comparere velit, promiserit, cujus senten- *de se sisten-*
tia est Dn. Petr. Muller *in Comment. ad B. Struv. de præsente-*
Synag. F. C. Exerc. IX. tb. 42. lit. β. Verum posito *rit debitor.*
hoc,



40 CAP. III. DE FORI COMPETENTIA

hoc, adhuc remanet quaestio, qua ratione debitor cogi possit, ut compareat, si ille domicilium sub alio iudice habeat, quem certe solum hoc iuramentum adigere non potest, ut beneficio sportularum se privari patiatur: nec enim remissiones hodie necessitatis sunt, uti tradidimus. §. 3. b. cap.

§. IX.

An in loco solutionis ad dissolutionem contractus agi possit?

Hæc ergo jam remanet conclusio, forum quem fortiri in loco solutionis, si præsens sit. Sed an id absolute accipiendum, an vero tantum de eo casu, si agatur ad contractus implementum, non minima disputatio est? Sunt qui existimant, tam ad rescissionem, quam consummationem actus gesti, debitorem in loco contractus, sive, cum eadem ratio sit, in loco solutionis, conveniri posse, inprimis propter L. 14. §. 4. C. de non numerat. pec. Coler. de Process. Exec. P. II. c. 1. num. 24. & 44. Carlevall. de Judic. tit. 1. Disp. 2. n. 189. sequ. Matth. Steph. de iurisdic. l. 2. cap. 29. num. 4. & 5. Strauch. diff. iust. 2. tb. 16. Frantzk. l. 3. Res. 11. n. 3. Hillig ad Donell l. 17. c. 14. Nos vero salva aliorum autoritate hic contrarium statuimus, nec locum esse actioni existimamus, nisi illa ad implendum contractum tendat, idque perspicacissimis verbis L. 2. C. ubi est ap. quem cognit. asserimus. Consentiunt Brunneinan. ad d. L. 2. n. 3. Lauterbach. in Colleg. Jur. ad tit. de Judic. §. 49. Tiracquell. de retrat. lignag. §. 8. gl. 5. num. 2. Mevius P. VI. Dec. 72. n. 1.

§. X.

EX LOCO SOLUTIONIS.

41

§. X.

Quod *L. 14. §. 4. C. de non num. pec.* attinet, *Respondetur ad L. 14. §. 4. C. de non num. pec.* illa nihil vel parum nos stringit; non enim ibi dicitur, quod ad dissoluendum actum quis in foro contractus conveniri possit, sed tantum, quod alter possit exceptione non num. pec. vii, ex quo sua sponte consequitur; debitorem hac exceptione utentem, conveniri ad implendum contractum, & restituendum promissum. Deinde imbecillis admodum illatio est, eo loco potest opponere exceptionem reus, ergo & actionem eodem foro instituere eidem permissum.

§. XI.

Hac de illo casu, si debitor in loco solutionis *vbi debitor* praesens sit, allata sufficiant. Ordo jam desiderat, *convenien-* ut videamus, quo loco conveniri possit debitor, *si aut si non* absens & in solutione cesset? Bartolus ad *L. 1. ff. de eo sit praesens* quod *certo loco* & qui eum sequitur Vultejus ad *L. in loco so-* *lutionis.* *un. C. d. t. num. si.* aliique existimant, posse debito-rem, qui debito loco non soluit, ubique conveniri, etiam si alias nullum ibi forum sortiatur, modo praesens sit. Sed vero, quam id statuere absolum sit, nemo non videt. Absurdum quippe foret, locum adjectum, quo constringitur facultas conveniendi, operari effectum contrarium, ut si non solvatur, loco destinato, liceat longe lateque petere, contra intentionem contrahentium, inquit Hahn *ad Wesenbec. tit. de eo quod cert. loc. n. 2.* Qui objiciuntur textus, tanti momenti non sunt, ut prolixam resolutionem mercantur; potius generaliter statuimus,

F

vbi

debitor
b alio
entum
se pri-
eslita-

quem
d an id
o casu,
minima
scisio-
debito-
tio sit,
is pro-
de Pro-
Judic.
vrsidict.
ib. 16.
7. c. 14.
arium
us, nisi
ue per-
cognit.
2. n. 3.
Tira-
s P. VI.

§. X.



42 CAP. III. DE FORI COMPETENTIA

vbicunque dicitur in Lege, debitorem quouis loco conueniri posse, ibi terminos habiles supponendos, de quouis loco, quo alias conueniri poterat. Donnell. l. 17. Comment. cap. 19. Bachov. ad Tr. Diss. 23. eb. 3. lit. G. & Diss. 8. de Act. thes. 4. Barbof. ad L. 19. §. fin. ff. de iudic. num. 23. Frantzk. tit. de eo quod certo loco in fin.

§. XII.

An in loco
contractus.

Hispositis, vbi ad specialia fit progressus, necessaria disquisitionis est, an in contractus loco debitor conueniri possit, si promisso loco non solutum debitum? Affirmat id Hahnus *cit. loc.* alique plures, quorum sententia iniqua non videtur, cum in loco contractus generaliter quis forum fortiatur, modo ibi praesens sit, quod §. III. & seqq. demonstratum. Enimvero non eandem vtrobius rationem subesse credimus, sicut locus solutioni adiectus sit, siue non: eo ipso enim, dum alium solutioni locum destinant partes, quam quo celebratus contractus, videntur tacite contractus foro renunciare, & omnem ejus vim in locum solutionis transferre; nam si ibi conueniri voluissent, & illud forum agnoscere, cur in alio loco solutionem fieri desiderassent? Et sic intelligenda sententia L. 21. ff. de O. & A. juncta L. 3. ff. de reb. auct. jud. poss. quod non censetur ille locus contractus, vbi negotium gestum, sed ille in quem destinata solutio. Lauterbach. Colleg. ad tit. de eo quod certo loc. §. 13. Cacheran. Dec. 114. Rotagen Dec. 105. Wesenbec. P. I. Conf. 14. n. 45. Oldradus Conf. 168. in pr.

§. XIII.

§. XIII.

Quod si tamen Hahnii sententia admittenda foret, tum illa his finibus circumscribenda, ut eo tantum casu procedat, si debitor vel certum domicilium non habeat, vel etiam ibi difficulter, ob potentiam forte conveniri possit: hac enim ratione iniquum foret, creditorem ad illud forum trahere, quo ei vel denegatur plane, vel difficilis redditur justitia.

*Quibus ead-
sibus in loco
contractus
conveniri
possit?*

§. XIV.

Liceat jam ulterius progredi & dispicere brevissimis, an Campsor forum fortiat in loco solutionis, an in loco contractus? Cui tamen quaestioni satisfieri nequit, nisi prius discussum, quisnam sit locus contractus? Vbi non sine censura dimittendus est, Jo. Gothofred. Freyerus *Tract. de Solutionib. cap. 6. n. 13.* statuens, illum esse locum contractus; quo destinata solutio cambii, non autem illum in quo cambium celebratum. Quam sententiam vereor ut valeat defendere: siue enim ad nominatos contractus & quidem consensuales cambium referas, siue ad innominatos: utroque casu is contractus locus dicendus, quo de voluntate & consensu partium constitit, traditaque Campsori siue Trassanti pecunia. Ita si Lipsia cum Campsore contraxerim, de soluenda mihi pecunia Veneriis, quis asserere ausit, Veneriis locum contractus esse, cum solutio tamen eo destinata? Ut hinc haec duo loca bene ab inuicem separanda. Jo. Mart. Vogt. *Tract. de Camb. tb. 5.* Allegat quidem Freyerus pro

*Vbi Camps-
pfor conue-
niendus?*

*Qui locus
contractus
in cambio?*

sua opinione Jo. Dominic. Gairum *Tract. de Credito cap. 2. n. 2566.* non tamen inspicienti mihi licuit verbum reperire, quod pro defendenda ipsius sententia faciat.

§. XV.

Campfor e-
levato pro-
cesso in foro
Domicilii
conuenien-
das.

Cognitio itaque loco contractus, & solutionis, principali quaestioni jam manus admouenda, videndumque quo loco forum sortiatur Campfor, si literæ ejus destinato loco fidem non inuenerint. Videtur hic singulare aliquid obseruari, quod Campfor non in loco solutionis, sed domicilii conueniri possit. Quodsi enim ille, in quem facta est Trassa, alias *Acceptans* dictus, cambium vel plane non acceptare, vel justo tempore non soluere velit, *Præsens* mox protestationem interponere, & ita cambium ad *Trassantem* remittere debet: *Er muß den Wechsel mit protest lassen zurück gehn/* quo ipso mox facultatem, executiue contra *Trassantem* agendi, consequitur, quod sine dubio in domicilii foro fieri debet. Jo. Dom. Gairus *d. Tr. de Credito cap. 2. tit. 7. num. 2333. seqq.* Raphael de Turri *Tr. de Camb. disp. 2. qu. 12. n. 15.* Marquard. *de Jure Mercator. l. 2. c. 12.* Honorat. Leotardus *Tr. de Usur. Qu. 26. n. 16.* Jo. Mart. Vogt. *Tr. de Camb. thes. 7. lit. g.* Hæc omnia verissima non tantum, sed & in praxi recepta esse, nemo quidem facile negabit; inde tamen non inferre ausim, singulare aliquid hæc continere; cum omnis debitor, secundum superius adducta, si in loco solutionis præsens non sit, in foro domicilii conueniendus. Interim vero, si daretur casus, præsentem aliquando esse Campfo-

Imo & in
loco solui-
oni, si præ-
sens.

scia

Ex LOCO SOLUTIONIS:

rem in loco solutionis, nihil absurdi subesse existimo, si statuat, posse & ibidem cum conueniri.

§. XVI.

Discursum hic prolixum mereretur quaestio, ⁹⁵ *vbi heres*
quo loco ad legata soluenda conueniri possit heres? *tenetur*
Verum cum & proprie ad institutum nostrum non *Legata ex-*
pertineat, & iam tum superius me ea retigisse, sciam, *soluere*
liceat illud saltem colophonis vice afferre, multum
hic interesse ratione fori siue facultatis conuenien-
di, & ratione necessitatis soluendi. Sane forum
competens quoad legati praestationem esse, non
tantum vbi hereditas vel ejus major pars sita, sed
etiam vbi haeres domicilium habet, negari nequit.
Prius enim ex *L. Vnic. C. vbi fideicomm.* in aprico est,
posterius vero ex generalitate fori domicilii, quod
nunquam in competens esse solet, euincitur. *L. 50. §.*
vlt. ff. de Jud. Quantum vero ad ipsam solutionem,
non alibi compellendus est soluere heres, quam illo
loco, vbi major pars hereditatis sita, per *d. L. 50. pr.*
ff. de Jud.

§. XVII.

Has igitur quaestiones, vbi legatum petendum, *Afferitur*
& vbi soluendum, male a Dd. confundi, recte mo- *sententia*
nuit B. Dn. Brunne- *ad L. Vn. C. vbi fideicomm.* *B. Brunne-*
manni & *num. 1. cuius sententiam laudat Dn. Burekhardus*
Bardili, J. Ctus Tubingensis quondam celeberrimus, *defenditur*
disput. de Competentia fori ratione contractus cap. 4.
num. 46. seqq. vbi tamen Brunne- *manni sequenti-*
bus verbis perstringit; *Attamen vir alioquin per-*
spicacissimus sibi ipsi contrariatur, nam in L. vn. C.
vbi

F 3

vbi

vbi fideicom. hac habentur verba: nam potest etiam peti legatum, vbi maior pars hereditatis, adeo vt heres alibi conuentus ad illum locum prouocare possit. Si autem, pergit Dn. Bardili prouocare potest ad illum locum, tunc sane consequens est, quod iudicium declinare non possit, quod tamen voluit idem ad L. 50. pr. ff. de iud. n. 2. Verum non advertere licuit, in quoniam contradictionis fundamentum quærat Dn. Bardili; confectarium enim illud, quod Brunnemanno opponere voluit, huic re vera non obstat, cum hic in Comment. ad d. L. 50. nunquam asseruerit, quod heres de legato in loco domicilii conuentus, eapropter iudicium declinare possit, quod maior pars hereditatis alibi sita, sed potius aperte concedit, declinationem iudicii in loco domicilii non esse licitam, licet ratione solutionis, ad locum, vbi maior pars hereditatis sita, prouocare valeat. Remanet ergo hic exceptio a regula: Vbi quis conuenitur, ibi etiam solvere tenetur, nisi in alio loco vbi ex indole negotii solvere tenebatur, debitum prestare paratus sit.

§. XIIX.

*De Actione
arbitraria
remissive.*

Jam subiicienda foret actio, si alio loco, quam in quem destinata solutio, conueniendus sit debitor, qua ratione iudex hic arbitrium suum interponere, & interesse vel debitoris, vel creditoris, asstimare debeat; Verum cum de hoc commentatores tituli ff. de eo quod certo loco dari oportet abunde agant, ego beneuolum Lectorem remitto.

S. D. G.

COROLLARIA:

I.

L Ex Civilis licet in conscientia obliget, non raro tamen Civilis sanctioni se conformem gessisse, peccatum grauisimum inuoluit.

II.

Matrimonium ad Marganaticam contractum die Vertrauung zur Linden-Hand, ubi pacto uxor, & ea ex nascendi liberi, a dignitate & successione abstinere tenentur, non pugnat cum iustitia regulis, nec quidquam manus sinistra efficit, cum & saluo hoc pacto dextra manus recte porrigi possit.

III.

In concursu sponsaliorum, si utraque publica sint, priora posterioribus preualent, etiamsi ad hanc carnalis & sacerdotalis copula accesserit, imo & liberi inde procreati.

IV.

Ius uenandi, quod nobiles sibi vindicant, sine titulo possideri nequit, hinc Principi exigenti titulum, eum edere necesse habent, nisi prescriptionem immemoriam docere possint.

V.

An obligatio bey Verlust seines Ehrlichen Namens debitori non soluenti infamiam inurat, disputatur? Nos id de facti, sed non de juris infamia affirmamus.

VI.

Moderamen inculpatæ tutela jure Natura non permissum, sed preceptum esse, existimo, hinc in conscientia peccat, qui illud omittit.

VII. Cri-

VII.

Crimen laesa Majestatis in Electores patrari, bodie non amplius negatur. Quo supplicio, etiam in ministros Electorum idem committi, concedendum est.

VIII.

Puella homicidam liberare nequit, si ejus matrimonium expetat, sed bene furem, cui tamen si puella amores displiceant, an potius festinare ad paribulum salua conscientia possit, dubium est. Non affirmativam defendimus.

IX.

Sunt qui existimant, in juramento perborrescentie allegandas esse causas, quare quis hunc judicem perborrescat. Nos tamen contrarium statuimus, quid enim juramento opus, si causa suspicionis ad se sufficiens.

X.

Pœnam ultimi supplicii furibus irrogandi defendi posse puto, licet non negem, alio supplicii genere commodius forte crimen hoc remoueri posse. Illud tamen nulla ratione nititur, quod Saxones defendunt, furis suspensi heredes a conditione furtiva liberari; Sicut nec illa praxis Saxonica, alibi etiam recepta, juri fundamento gaudet, quod ob pœnam corporis afflictam delinquens liberetur a refusione expensarum.



Halle, Diss., 1694

ULB Halle 3
001 508 490



56

VONA 1694







1694, 9b
20

Q. F. F. Q. S.
INSTITATIO JURIDICA
DE
O C O
UTIONIS,
Quam
In
FRIDERICIANA
PRÆSIDE
SAMUELE STRYKIO,
iati, & Prof. Publ. Extraord.
S. MDCXCIV. die 27. Aprilis
AUDITORIO PUBLICO
Eruditorum disquisitioni submittit
CHRISTIAN Scherbaum/
DURLACENS.
ALÆ MAGDEBURGICÆ,
STOPH. ANDR. ZEITLERI, Acad. Typ. 1705.

